qui plane ex eodem cultu ac religione non erant? Neque aderant ~~solum~~, ^atque ~~ut ii~~ velut fortuiti spectatores: sed ex pluribus discipulis hujus congressus atque visionis hi causa selecti; ac quibus cum tum erant, iis multo amplius a bonitate ~~deorum~~ humanus habebant. Namque splendentes gloria loquebantur cum Jesu: sermonumque eorum caput primarium erat, crux ac victoria ~~de morte~~, quæcunque de morte. Ut adeo, quod aliis erant Petrus Jacobus et Johannes, idem his Mosen et Eliam esse vellet, atque per hoc cum splendore ostenderet Salvator. Collocutos autem eos esse cum ipso, primumque locum obtinuisse sic textus sacer testatur: Ac ~~[illegible]~~ factu est, cum precari cœpisset, facies ejus plane alia. Ac vestitus ejus candidus atque fulgore plenus. Atque ecce, viri duo colloquebantur cum ipso, qui erant Moses et Elias. Audis? Moses, ait, erant, et Elias qui apparebant in gloria. Hi dicebant de exitu ipsius, quem impleturus esset in Jerusalem. ~~Aut, si lubet~~ Sive, si ita videtur, quemadmodum alio loco Scriptura docet, ~~et~~ Mosen et Eliam divinitatis suæ, quatenus licet homini eam videre, spectatores adhibet Salvator transformatus, eosdem discipulis ordinat, sive potius, uti dictum est, his priores facit: in quo illi omnino posteriores essent; sed quoniam his quidem restabat adhuc cursum vitæ absolvere, atque fluctibus, qui sunt casus humani, jactari, illi autem portum ~~habere~~ tenerent fluctibus liberum. Nam autem qui securitatem atque portum consecutus nondum est, ~~et~~ etiamsi multo pretiosiorem mercimoniam ferat, tamen propter incertitudinem salutis

illo, qui

http://digital.slub-dresden.de/ppn345414306/342